

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6690

**Autre(s) référence(s) :** Round 225

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Longueville-sur-Scie, Sainte-Foy (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1155, septembre

**Lieu d'émission :** Winchester

**Action juridique :** confirmation générale

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation générale des biens de l'église Sainte-Foi de Longueville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XI<sup>e</sup> au XVIII<sup>e</sup> siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XIII.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° VII, t. 1, p. 99-103.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 225.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 99.

Texte établi d'après b

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis tocius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse Deo et monachis de Karitate Deo servientibus in ecclesia Sancte Fidis de Longa Villa duas carretas in bosco meo de Awi, et mortuum boscum in jacendo sive stando, et duas masuras terre in villa de Duno, quas Columba tenuit, quas rex H[enricus] avus meus eis concessit, et preterea quicquid eis rationabiliter datum est, scilicet : Ex dono regis Willelmi Secundi duas bennas apud Boscum Rohardi, solutas et quietas ab omni exactione. Ex dono Walteri Giffardi, apud Longam Villam, terram ad unam carrucam et feriam unam in die Conceptionis sancte Marie. Apud Sanctam Fidem de Bosco, ecclesiam et omnes prebendas

ad ipsam pertinentes, et feriam unam ad festivitatem sancte Fides (sic). Apud Unfranvillam feriam unam in die sancti Audoeni, et ecclesiam, et quicquid idem Walterus habebat in suo dominio, in terris et molendinis. Apud Croiseum, quicquid habebat excepto feodo Willelmi de Bosco Burdelli. Apud Hoskevillam, ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis, et unam carrucatam terre. Apud Loram, ecclesiam et IIII. pondera salis. Apud Parvam Villam, ecclesiam et duos hospites. Apud Utrisportum, tres burgenses cum consuetudinibus suis. Et ecclesiam Sancti Petri de Longa Villa cum omnibus pertinentiis suis, et unum molendinum infra curiam monachorum, et alterum in villa, et decimam molendinorum comitis et telonei et totius census ejusdem ville, et modium unum vini in cellario comitis per annum ad missas, et capellam de Colemaisnillo. Apud Longolium decimas molendinorum comitis. Apud Loram, duas salinas et duas ambras salis. Inter Monasterium Villare et Espovillam, terram quam comes Giffardus dedit Roberto Filio Gisleberti, que solebat reddere LX. solidos. Ecclesiam de Bosco Wielini. Ecclesiam de Nova Villa, et quicquid monachi habent in eadem villa. Ecclesiam de Alpigardo et feriam unam, et quicquid ibidem habent. Ecclesiam Sancti Medardi. Ecclesiam Sancte Genoveve et homines suos de eadem villa et unam carrucatam terre. Ecclesiam de Ovilla et duos homines. Ecclesiam de Herbervilla et terram que fuit Radulfi de Wiliker, et quicquid Willelmus Ruendel et heredes sui eis in eadem villa dederunt. Ecclesiam de Angens cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Ansketevilla et IIII homines ibidem. Ecclesiam Sancti Jovini cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Sancto Germano de Magna Ecclesia. Ecclesiam de Bosco Rohardi cum pertinentiis suis et cum decima telonei, et cum decima molendini et panis domini. Ex dono Radulfi de Bosco Rohardi, ecclesiam de Parva Prata, et tres carrucatas terre. Ecclesiam de Croiseio et ecclesiam Sancti Petri de Valle cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Bello Monte cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Canteleu. Decimam rusticorum de Hotot et decimam de terra Joscelini de Cruvill[a] apud Sanctum Crispinum, et ibidem decimam molendini Osberti Buffli. Decimam de Spineto, de feodo Walteri Giffardi. Decimam de Gurrel, de terra Willelmi Calcetensis et Antelmi de Monteneio. Decimam de terra Gisleberti de Hotot. Ex dono Radulfi de Cantel[eu] ibidem unum hominem. Apud Sanctum Audoenum super Elnam, decimam de terra Gisleberti de Hotot et Antelmi de Risbot. Decimam rusticorum Elye Haket apud Tilium et apud Dodilinvillam. Apud Gerbervillam, decimam de feodo Walteri de Cantel[eu], et duos hospites apud Oskevillam. Apud Dunum, ex dono Willelmi Filii Istanni et Radulfi filii sui, de feodo comitis Warenne, duos homines. Apud Gerbervillam, terram Willelmi dapiferi, de dono Walterii. Apud Osmundivillam, unum hominem de dono Willelmi de Sancto Audoeno. Apud Lambervillam, III. solidos, de dono Gaufridi de Fagherlund[a]. Apud Ermencivillam, terram et duas partes saline, de dono Roberti de Buteill[is]; et ibidem, de dono Roberti Claudi, I. salinam, et ibidem, de dono Ernolfi, domum suam et unam salinam. Apud Sotevillam, terram quam Radulfus de Wileker eis dedit. Apud Auteneum, II. homines, de dono Hugonis de Auteneio et Eudonis de Ovilla. Apud Hermetvillam, III. acras terre, de dono Willelmi Filii Herberti. Apud Maisnillum Bernardi, L. acras terre, de dono Bernardi de Fossato. Apud Boscum Wiel[ini], X. acras terre, de dono Jordani de Criketot. In molendino Aldolfi de Gerris, X. solidos. Apud Fuletot, unum hominem, de dono Willelmi de Cantel[eu]. Apud Monasterium Villare, XX. solidos, de dono Willelmi de Neivilla, in molendino, et unum hominem apud Reibertot, et I. apud Eschenvillam, de dono Roberti de Neivilla, pro anima Matildis uxoris sue, XL. solidos. Apud Boscum Rohardi, II. acras terre, de dono Lamberti. Apud Anlesvillam, I. masuram, de dono Hermeri, et ibidem alteram terram de dono Walteri. Apud Brametot, III. homines, de dono Aldolfi de Braci. Apud Escurmainsnillum, quicquid Jordanus de Saukevilla ibi habebat in terra et pratis. Apud Ric[ardi] Vill[am], totam terram quam ibi habuit Willelmus de Maucumble. Apud Torci, II. homines, de dono Thome, et decimam molendini Hugonis, de dono ejusdem Hugonis. In molendino de Apevilla, I. modium frumenti, de dono Antelmi, pro anima uxoris sue. Terciam partem molendini Stabularum pro Ricardo de Ric[ardi]villa. In molendino de Nigella, dimidium modium frumenti, vel decimam. Apud Sanctum Audoenum super Elnam decimam Walteri Soldarii, de dono ipsius. Apud Ric[ardi]villam, decimam tocius terre Willelmi Avenel, quam tenebat de Ricardo de Ric[ardi]villa. Duas garbas de tota terra quam Robertus, filius Hugonis de Gundevilla, tenuit de feodo Walteri Giffardi, quas idem Robertus reddidit Sancto Audoeno. Apud Gundevillam, terram quam ibi habebat Walterus filius Baldrici, et ibidem decimam terre quam Gislebertus de Gundevilla dedit. Apud Hamellum, III. minas ordei et II. solidos, de dono Reinerii de Evermou. Apud Fleinvillam, dimidiam masuram terre, de dono Gaufridi de Fleinvilla. Apud Crovillam, de decima molendini, XX. solidos, et V. solidos de redditu de Radulfo de Trublevilla. Apud Baskevillam, unum hominem de dono Antelmi de Hotot. Apud Longam Villam, terram Hugonis Bovenec, quam dedit Sancte Fidei, concessione Gisleberti Watselini. Apud Arcas, terram Willelmi filii Laudomari. Apud Bernermeisnil, I. acram terre, de dono Walteri de Crivilla. Apud Archas, unam masuram. Apud Parvam Villam, IIII. masuras, de dono Radulfi de Wileker, quas tenebat de Gisleberto de Cantel[eu] ipso concedente. Apud Fraisnetum, II. masuras. Apud Drosei, masuram Gaufridi Enveisi, de dono Radulfi de Villeker. Apud Barivillam,

I. masuram. Apud Oskevillam, I. masuram. Apud Guncevillam, I. masuram, quam mater Willelmi de Herberville concessit, quando factus est monachus, concessu Willelmi fratris ejus. Apud Bretevillam, I. hominem, redditem III. libras, de dono Walkelini de Becco, concessu Roberti nepotis sui. In foresta de Alihermunt, capellam Sancti Remigii cum hermitagio adjacente. Apud les Bans Comitis, I. hominem, de dono Widonis de Becco. Apud Dunum, decimam molendini Gisleberti Ridelli. Apud Herberville, III. solidos et VI. denarios in uno homine, de dono Eustachii. In Anglia, de dono Walteri Giffardi, Horewdam cum omnibus pertinentiis, excepto feodo Durandi. Newetonam totam, excepto feodo Odonis. Apud Weston[am], quicquid Walterus Giffardi habebat, cum ecclesia et pertinentiis suis. Similiter quicquid habebat in dominio apud Wichingham, excepto feodo Willelmi et Radulfi de Leonibus et Botreci, ita quod monachi sint quieti de conredio quod ibidem retinuerat Walterus Giffardi, quod filius ejus postea quietum clamavit. Et terram de Retolvehagh et ecclesiam, et decimam de dominio de Soleburn[a] et de Merselai, et Singlesbergh[a] et Badelesdon[a], et Brikella, et Blacchelai, Bulehov[a], Lugtona, Litecota, Buckingham, Mortuna, Lamport[a]. Lilingestan, Akeleia, Bechanton, Bradewella, Fuchowrda, Policota, Chiltona, Uttona, Dorton, Wikendona, Lechamsteda, Crendona, Kametona, Chikisham, Achetona, Elitona, Edingrava, Jerdislaia, Bodingesham, cum uno hospite, quem ibi habent. Ecclesiam de Hertlent[ona], et decimam dominii cum uno hospite. Ecclesiam de Strattona ad opus hostelarie. Capellam Sancte Trinitatis de Norwico. Decimam de dominio de Caveresham. Apud Hanneiam II. homines. Terram de Reppis, que reddit X. millia allecium. Akaleiam cum omnibus pertinentiis suis. Decimam terre de dominio Hugonis Mascherelli. Preterea hospitale de Longa Villa, quod Walterus Giffardi et Ermeng[ardis] uxor sua fundaverunt et dederunt monachis cum omnibus pertinentibus hospitali ad hospitandum pauperes, scilicet cum una carrucata terre apud Longevill[am], et molendinum Tanerez, et dimidium molendinum de Vaudrevilla, et boscum juxta hospitale, a via Gobin usque ad viam que vadit de Waudrevilla in Awi. Decimam quoque allecium suorum et piscium de eweis suis de Longolio et de Nova Villa et de Puteis. Apud Novam Villam, III. modios salis. Juxta Monasterium Villare dimidium molendinum quod Paganus de Turefreivilla tenuit. Decimam molendini de Harefluctu. In Anglia, ecclesiam de Stokebi cum omnibus pertinentiis suis, et decimam de dominio, que omnia pertinent ad predictum hospitale. Preterea terram Ysabelle apud Guncevillam, quam dedit Sancte Fidi (sic) concessu Nicolai et Roberti dominorum feodi. Decimam terre de Anglekevilla, quam Jordanus de Saukevilla dedit filie sue in maritag[ium]. Preterea ad infirmariam monachorum ecclesiam [de] Witreham cum pertinentiis suis et decimam de dominio ; ecclesiam de Creendona cum pertinentiis suis, et unam feriam apud Longam Villam in die Ascensionis Domini. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi omnia hec predicta teneant bene et in pace et libere et quiete et integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in piscariis et molendinis, in aquis et mariscis, in burgis et extra, in decimis et ecclesiis, et in omnibus rebus, cum soca et saca et toll et team et infangintheof et flemanesrevithe, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus predictis tenementis pertinentibus, salvis rectitudinibus episcopalibus et aliis quas predice ecclesie debent. Precipio etiam quod ipsi et ministri sui sint quieti per totam Angliam et Normanniam de telon[eo] et passag[io] et pasnag[io] et omni consuetudine de rebus que ad proprios usus eorum pertinuerint. Testibus : Teobaldo archiepiscopo Cantuariensi, Rogero archiepiscopo Eboracensi, Ricardo episcopo Lundoniensi, Roberto episcopo Lincolniensi, Hylario episcopo Cicestrensi, Gisleberto Herefordensi, Willelmo Norwicensi episcopis, Thoma cancellario, Reginaldo abbe de Radingis, Clemente abbe de Scireb[urna], Reginaldo abbe de Persor[ia], Roberto comite Legrecestrie, Hugone Bigot comite, Gaufrido de Mangnavilla comite, H. de Essex, Roberto de Novo Burgo, Ricardo de Humez constabulario, Roberto de Sancte Marie Ecclesia.

Apud Wintoniam, in concilio.